107

ignoratis astutias; uidit satanas firmitatem fidei stabilitam in eā
pietate dogmatum septam, uidit et operum bonorum fructibus abun-
dantem, et ideo pro his omnib; ad insaniam uenit, et rabiae furoris
exarsit, ut scinderit amicitiam, ut euelleret caritatem ut inrum
per et pacem; Sed pax dni semp sit nobiscum in xpo ihu dno nostro cum quo
est do patri et spu sco gloria in saecula saeculorum amen.
EXPLICIT SEUERIANI EPI SERMO DE PACE CUM SUSCEPTUS EST
AB EPO IOHANNE. INCIPIT DE IEIUNIIS ET GENESEOS. LECTIO XXVI.
IOCUNDUM QUIDEM NAUTIS EST UER. IOCUNDUM QUOQUE
et agricolis; Sed neque nautis neque agricolis. ita iocundum est ueris tem-
pus, ut his qui philosophari uolunt, iocundi sunt ieiuniorum dies; Spirita-
le animarum uer et fidissima tranquillitas animorum; Nam agricu-
lis uer idcirco iocundum est, quod delectat aspicere. Tunc depictam flo-
rib; terram et uariis frondibus uirgulta comantia. Nautis uero acceptu
est uer quod dorsum est maris deductis nauibus tuta licebat ascendere
Nec undarum pericula formidare. Nobis autem iocundum est ieiunio-
rum uer quod tunc non undarum sed cogitationum et concupiscentia-
rum carnis fluctus acturpiter ~~pruriginis~~ bidines mitigantur; et corone
nobis non florum sed spiritalium gratiarum parantur; Sic
enim scriptum est, coronam inquit gratiarum accipies tuo
capite; Non ita ergo apparens hirundo uernaculis fugatam
hiemem nuntiat, ut ieiuniorum dies fugam exurscentibus uos-
tris uitia carnis et cupiditatis ostendunt, cessat pugna carnis
aduersus animam et animę aduersus carnem; Nec ultra insurgit
ancilla in dominam, nec serua supbit in liberam; Sed uniuersa hec
proelia ieiuniorum presentia conquiescunt; Quia igitur qui-
etus nobis et tranquillitatis tempus aduenit, age iam etiam de-
nos deducamus in mare doctrine nauigium, et dicendi uela sol-
uamus, si tamen tranquillus et tutus est aurium uestrarum
portus, in quo uerbi dī nauis absque metu naufragii conlocetur.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0219